

Thomas Lauth

Dissertatio Inauguralis Botanica De Acere

Argentorati: excudebat Joh. Henricus Heitz, [1781]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn882386727>

Druck Freier  Zugang



L. D. B. P.

DISSERTATIO INAUGURALIS BOTANICA

DE

A C E R E

QUAM

CONSENSU MEDICORUM ORDINIS

PRO LICENTIA

GRADUM, HONORES ET PRIVILEGIA

MEDICINÆ DOCTORIS

IN ALMA ARGENTORATIENSIS UNIVERSITATE

OBTINENDI

SOLENNITER DISQUIRENDAM PROPONIT

AD D. XXIX. AUGUSTI A. R. S. MDCCLXXXI

THOMAS LAUTH

ARGENTINENSIS.

H. L. Q. C.

ARGENTORATI

excudebat JOH. HENRICUS HEITZ, Universitatis Typographus.

Nd. 4726.

Caps. Nd. Hypopetalia

*Ex
Bibliotheca
Academica
Rostochiensis*

Acquis. v. l. f. d. d. d. d.

DISSERTATIO (mirrored bleed-through)

A. C. F. R. H. (mirrored bleed-through)

CONTRIBUTIO (mirrored bleed-through)

AD (mirrored bleed-through)

IN (mirrored bleed-through)


PHYSICIS (mirrored bleed-through)

ET (mirrored bleed-through)

CHIRURGICIS (mirrored bleed-through)

ARTIBUS (mirrored bleed-through)

Handwritten notes at the bottom of the page.



§. I.

Quanquam, quas sponte nativa terra producit, plantas nosse multum jucunditatis habeat, plurimum tamen offert exoticarum cognitio, quippe qua invisas non solum antea admiramur, sed & similes nostrarum deprehendimus; unde, quo magis hæc promovebitur, eo pulchrius nexus conspicietur in plantis. Hinc tanti jure fiunt compendia illa regni vegetabilis, horti scilicet botanici, inter quos Argentinensis, cui, uti notum, Præfectus celeberrimus SPIELMANN est, plantarum peregrinarum copiam numerosissimam, cura & nomine Præfecti in diem auctam, alit, ibi examinavi arbores, quas in descriptione visas a me dicam. Suadente Optimo PRÆCEPTORE hoc thema suscepi, Illius Bibliothecæ thesauro atque consilio usus susceptum præstiti.

§. II.

Corporum naturalium habitum externum curiose indagare & notare, characterum horum fundamento Individua rerum in Species & Genera ordinare, recentiorum

A

naturæ seruatorum opus est. Græci horum nihil fecerunt, ipsis nomen pro definitione erat, & sub eodem nomine comprehendebant corpora, potius aspectu usive convenientia, quam quorum similitudinem inquisitione partium eruerunt. THEOPHRASTUS a), qui *σφενδαμνος*, *Ακανθες* nomine *Acer* designat, ejus duas species esse tradit, *ζυγια* quæ in montibus crescit, & *γλινον* quæ in planis. Dein (cap. 11. p. 180.) Stagiritas tria ejus genera distinguere refert, unum quod vulgo *σφενδαμνος* vocatur, alterum *ζυγια*, tertium *κλιντροχον* b). Notandum, quod ab initio licet Sphendamnon pro genere assumferit, cujus species *Zygia* & *Glinos*, nunquam tamen sub Sphendamni nomine *Zygiam* intelligi, sed semper *Glinon*, & videtur Sphendamnos vulgaris fuisse denominatio, *Glinos* minus usitata. Hinc dicit: Sphendamnon à *Zygia* ligno diversam esse, quod in hac flavum, tenerum, solidum & omnis generis laboribus aptum, in illa album, nervosum & magis fungosum est. De *Clinotrocho* præter nomen nihil profert. STAPEL Theophrasti Commentator vult *Clinotrochon* esse *Acer Majus* recentiorum, Gallorum *Plane*, (potius *Erable*, *A. Pseudoplatanus*), & à nonnullis tantum Sphendamnon esse vocatam, *Glinon* vel vulgo dictam Sphendamnon esse *A. Minus* s. *Campestre*, *Zygiam* autem *Acerem Montanam* appellat, quam ad *Acer* quod *Italum* dicam refero. Notat porro, hanc in marem & feminam distingui, quod eatenus cum recentiorum assertis convenit, si sub feminæ nomine *Hermaphroditum* intelligimus; esse enim interdum *Acera Mares*, *Specierum* 1, 6, 7. exemplo patefiet.

a) *Historia plantarum* L. X. Gr. & Lat. illustravit J. BODÆUS
 A STAPEL. Amst. 1644. fol. [L. III.
 c. 4. p. 122.

b) Quia lecti torno ex ejus ligno

fiabant; alii venas lignum intercurrentes, qui respiciunt *ισδισχο* legunt. Reliqua nomina explicare mitto, quia vel incerta est eorum significatio, vel arboribus propria.

§. III.

PLINIUS c) duas Aceris species nominat, *Album*, quod præcipui candoris & *Gallicum* vocatur, & aliud crispo macularum discursu notatum, atque *Pavonaceum* nominatum, si maculæ pulchritudine caudam pavonum æmulantur, *Crassivenium* autem si vilioris generis sunt. Prima species sine dubio A. Sp. 6. nostra est, alteram non improbabiler HARDUINUS Opulo Montano DALECHAMPII associat, hinc ad Sp. 8. pertinet; alteram autem si dicit A. Pavonaceum intelligit, Crassivenium pro tertia specie habens, quod vero cum Plinianorum verborum significatione certo pugnat, quibus duæ Aceris species proponuntur, quarum secunda duas varietates habet, Pavonaceum scilicet & Crassivenium. Male igitur HARDUINUS Crassivenium Acer ad Clinotrochon retulit. SALMASIUS d) apud Plinium *Cursivenium* legere mavult, & apud Theophrastum *Ἰωταροχον*; perinde sane est, utrolibet uti, neutrius significatio alteri præstat. In recensenda Græcorum divisione pessime hallucinatur PLINIUS, Græcos enim situ Acera distinguere scribit & notare Campestre, Montanum & Zygiam, quum illi Montanum & Zygiam non pro duabus speciebus habeant, sed pro unius synonymis denominationibus. Tuberum denique in Acere occurrentium meminit, quorum unum *bruscum*, alterum *molluscum* prætiosius priori, appellat.

§. IV.

Medii ævi auctores in colenda natura multo minus occupati, quam in exornandis placitis priscorum, hæc

c) *Historia naturalis* curante HARDUINO Par. fol. T. III. 1741. T. II. p. 13. L. 16. c. 15. n. XXVI. d) *Exercitationes Plinianæ* in C. J. SOLINI Polyhistora, fol. T. II. Traj. 1689. T. I. p. 359.

assumerunt, nil simul præstantes, quod sensum illorum enucleare & rectificare queat. RUELLIUS itaque, LONICERA, MATTHIOLUS nuda Theophrasti verba & erroneam Plinii divisionem receperunt; SCHWENCKFELDT ex tuberum nominibus species condidit, *Acer bruscum* & *Acer mollescum* nominans; quarum significationem ego saltem non intelligo; DODONÆUS inter Acera Carpinum numerat, ambiguitate vocis *ζυγία* deceptus, quæ Græcis non *Acer* modo, sed & *Carpinum* designavit.

§. V.

Sed & novus auctorum illius temporis menti sese insinuavit error, ut *Acer* cum *Platano* confuderint, cui rei ansam præbuit similitudo foliorum utriusque arboris. *Uhorn* itaque Germanis dictum TRAGUS, TABERNÆMONTANUS latine reddunt *Platanus*, quod tamen male jam habuit *CORDUM*, *CLUSIUM*. Deinde ita distinxerunt, ut veram *Platanum*, *Platani exotica* (*Fremd Uhorn*) voce designarint, *Aceri* nomen *Platani Germanica* (*Deutsch Uhorn*) tribuentes, quod fecerunt TABERNÆMONTANUS partim, plane MATTHIOLUS, ejusque Commentatores.

§. VI.

Foliorum quacunquē similitudine seducti VARRO e), COLUMELLA f), PLINIUS L. 14. n. III. *Viburnum Opulum* L. cum *Acere Campestri* confuderunt, & sæpe hoc *Opuli* nomine compellaverunt, unde & *Oppio* Italum *Aceris Campestris* nomen. Ideam hanc TURNERI (à J. BAUHINO citati) & CÆSALPINI verba suggesterunt, qui *Opulum* similem *Aceri* dicunt, comparationē characterum

e) *De re rustica* L. I. c. 8. in GESNERI scriptoribus R. R. qui p. 548. *de arboribus* c. 16. p. 840. Lips. 1735. 4. prodire p. 156.

f) *De re rustica* L. V. c. 7. ib. p. 548. *de arboribus* c. 16. p. 840.

* 5 *

facta; GESNER Hort. eodem nomine utitur, *Opiet* Gal-
lorum addens. Aliud synonymum eorundem auctorum
est *Rumpotinus*. Videtur autem A. minor fruticans Opu-
lus, in arborem vero excretus *Rumpotinus* vocatus
esse; dictus enim *Rumpotinus* à *Rumpis* est, qui traduces
erant vitium ex arbore in arborem facti (des Hautins),
unde arbor ipsa *Rumpotinus*, *rumpum* scilicet, quæ te-
net, appellata est.

§. VII.

Aceri heterogenea nomina data ab auctoribus esse
dictum est; vicissim etiam Aceris nomen plantis datum
est alius generis. Primo quidem ANGUILLARA Viburnum
Opulum L. à suis *Pie d'Occa* s. *Platano aquatico* vocatam
inter Acera collocavit, Clinotrochon Græcorum esse pu-
tans. Porro PLUMIER Acer vocavit *Banesterias* L.; PLU-
KENET Carpinum *Ostryam* L., & Salicem ex Brasilia ac-
ceptam; SLOANE Pteleam viscosam L. *Spatheliam* L. &
Begoniam L. Acer Odoratum vel *Styrax Aceris folio* RAJI
est *Liquidambar Styracliflua* L.

§. VIII.

Aceris longe plurimæ species succum dulcem plo-
rant, simulac autumnò folia deposuere, usque ad redi-
tum eorum vere, prægresso glaciali frigore demum co-
piose fluit, eoque copiosius, quo intensius illud; Ame-
ricæ septentrionalis coloni & indigenæ saccharum ex
succo parant, syrups consistentiam, vel panum rubicun-
dorum, durorum, paulo pelluentium formam habens,
saporis odorisque gratissimi; quadringentæ libræ succi
dant panum libras decem; succus sibi relictus in ace-
tum transit, in America multum usitatum. Hæc modum-
que colligendi succum, atque parandi saccharum descri-

psit Cl. GAUTIER g) & KALM gg). Quædam horum etiam GEOFFROY h), DUHAMEL tradidere. Cl. GAUTIER ex duabus speciebus manantem succum colligi ait, unam *Acer album* s. *Mas*, *Erable*, alteram *Feminum*, *Platanum*, *Acer Canadense*, *floribus rubris*, *foliis majoribus superne viridibus*, *subtus argenteis*, *lanuginosis*, *Acer Canadense folio tridentato*, *Plaine*, *Plane* appellat; describit quidem utramque arborem, non tamen satis clare mihi liquet, ad quasnam specierum, quas postea describam, pertineant, numve ignotæ mihi sint; attamen videtur ipsius *Plane* cui flores rosaceos albido virides racemosos pendentes adscribit *Acer saccharinum*, *Erable* autem cujus flores rubellos dicit, *Acer rubrum* esse, quamvis in hac suspitione id me male habeat, quod utramque arborem medio Junii florere dicat. Quascunque autem arbores cl. Vir intellexerit, omnium auctorum qui de Americæ septentrionalis arboribus scripserunt testimonio certum est, & *Acer rubrum* & *Acer saccharinum* sacchariferas esse, & hoc præ illo ferax. Succus porro dives est *A. Platanoides*, ut equidem vidi, & dein apud cl. GLEDITSCH legi qui tantam ejus copiam invenit, ut rationem ferre quis posset, an succi & sarmentorum potius quam ligni bonitatis gratia arborem colere velit. Eiusdem Aceris folia succum emittere acrem MILLER Dict. narrat, unde infecta arcentur, quæ avidius folia *A. Pseudoplatani* succo dulci viscoso scatentia, devorant. Quas tamen ego vidi *Pseudoplatanos*, folia habuere ab insectis parum læsa. Vidi & copiose succum saccharinum exire ex *A. Striato* & *Negundo*.

Ex junioribus ramulis petiolisque abruptis lac exire, unde nomen germanicum *Milchbaum* Sp. 3. & 7. datum.

g) *Mémoires présentées à l'Ac. des Sc. de Paris* T. II. p. 378. p. 149.

gg) *Schwed. Abhandl.* T. 13. h) *Materia Medica* T. II. qui de vegetabilibus exoticis agit p. 754.

plures auctores referunt, inter quos cl. GLEDITSCH
nomino.

§. IX.

Græca Aceris nomina dicta sunt, Germanis ipsius
genus dicitur *Worn*, Gallis *Erable*, Anglis *Maple*, Ita-
lis *Acer*.

§. X.

Prout quivis auctor botanicus plantas divisit, & Ace-
ris diversa collocatio erat. Retulit itaque

CÆSALPINUS ad Arbores corde ex apice feminis; Class. I.
fructu osseo, flore abeunte in amentum. Ordo 3.

MORISON ad Arbores Cl. I. fructu membranaceo. O 8.

RAJUS ad Arbores dycotyledones; flore conjuncto fru-
ctui sicco Cl. XXXI. vasculis feminalibus ala mem-
branacea auctis. O. 1.

KNAUT (*Pl. Halenses* 1687.) ad Arbores Cl. XVI. vascu-
liferas. O. 6.

RIVINUS (*Ordines Plant.* 1690.) ad plantas flore perfecto,
simplici, regulari, polypetalo Cl. VII. feminibus
nudis binis. O. 1.

HERMANN (*Flora L. B.*) ad Arbores flore petalode, fru-
ctu sicco Cl. XXV. alato. O. 5.

TOURNEFORT ad Arbores & frutices flore rosaceo Class.
XXI. pistillum abeunte in fructum multicapsularem
O. 3.

KNAUT (*Meth. Pl. Genuina* 1716.) ad plantas pentapeta-
las uniformes Cl. XII. capsulis simplicibus mono-
spermis binis, petalis sub fructu. O. 4.

BOERHAAVE ad Arbores dycotyledones, flore rosaceo Cl.
XXXIV. ovario intra florem multicapsulari. O. 3.

MAGNOL (*Caracter novus Pl.* 1720.) ad arbores calice

- externo & interno simul Cl. XV. flore polypetalo non filiquosas O. 4.
- PONTEDERA (*Antholog.* 1720. 4.) ad plantas polypetalas rosaceas, floris parte interiore crescente in fructum.
- LUDWIG (*Def. Pl.* 1737.) ad perfectas petalodes regulares simplices pentapetalas Cl. V. feminibus nudis binis O. 2.
- LINNÆUS (*Meth. Calyc.*) ad plantas calicibus æqualibus polypetalis Cl. XIII. flore quinque fido, staminibus duplicibus, pistillo uno O. 5.
- - - (*Syst.*) ad polygamiam Cl. XXIII. Monoicam, O. 1. in primis vero operibus ut Hort. Cliff. ad Octandriam Cl. VIII.
- SAUVAGES (*Meth. foliorum* 1751) ad palmatas, floribus petalis regularibus Cl. IV. fruticosis O. 2.
- LUDWIG (*Def. ed.* 1760.) ad plantas pentapetalas regulares Cl. X. octantheras O. 5.
- GLEDITSCH (*Systema pl. a Stamin. situ* 1764.) ad Thalamostenones Cl. I. Octantheras, O. 8. floribus simplicibus, hypocarpiis.
- WERNISCHECK (*Gen. pl.* 1764.) ad plantas floribus polypetalis, petalis 5. & 10. Cl. XII. Monogynias. O. 1.
- GOUAN (*Meth. hybrida* 1765.) ad pentapetalas regulares Cl. VIII. polygamias, Monoicas.
- LAMARK (*f. Gallica* 1778.) ad flores distinctos, simplices, hermaphroditos, petaloïdeos, inferos, completos, staminibus infra ii. polypetalos, pistillo ad summum duplo, corolla regulari, pentapetala, trunco ligneo, staminibus utra 5. foliis lobatis, floribus racemo pendente vel corymbo.

§. XI.

Nec defuere botanici, qui ad naturalem methodum animum

mum attulerint, dum illius fragmenta studiose colligebant, in unum ordinem scilicet redigentes plantas quæ habitu conveniunt. Itaque annumerat Acer

VAN ROYEN (*Fl. Leyd.* 1760.) Diplofantheris Cl. XVII. staminibus erectis. O. 3.

HALLER (*Stirp. Helvet.* 1742. 1768.) Plantis staminibus & petalis præditis, Diplostemonibus Cl. VIII. Dicolobis O. 10. duobus staminibus deficientibus.

WACHENDORFF (*Hort. Ultraject.* 1747.) Phaneranthis, Polycotyledonibus, Teleianthis, Diperianthis, Monanthis, Scheseopetalostemonibus, Anifostemonopetalis, Pleostemonibus, Stylodeis, Monostylis, Hypocarpanthis, Thalamopetalis, Octostemonibus.

ZINN (*Catal. Pl. Gætt.* 1757.) Petalodeis, Oligostemonibus, Trihilatis.

SCOPOLI (*Fl. Carniol.* 1760.) Afcyroides Cl. XIII.

GERARDI (*Fl. Galloprovinc.* 1761.) Sphendamnis, ordini foli Aceri dicato XLV.

ADANSON (*Fam. des Pl.* 1763.) Tiliis Cl. XLVIII. Foliis oppositis O. 3.

JUSSIEU (*ex Mspito notum*) Dicotyledonibus, Polypetalis Cl. XIII. Staminibus calici infertis O. 11.

§. XII.

Omnes quidem Aceris species genus constituunt naturale, quod autem difficulter in systemate artificiali collocatur, sive à petalis sive a staminibus desumptum fuerit, alia enim Acera corollam cum calice habent (Sp. 3. 6.), alia hunc (Sp. 2.), alia illam (Sp. 1.), & ubi corolla adest, ejus petala numero differunt; stamina & variant in diversis speciebus. Sexu etiam differunt Acera; sunt enim vel monoclinia, ut Sp. 3. 6. 7. &c. vel diclinia, ut Sp. 1. 2.

B

§. XIII.

Character genericus, omnibus Aceris speciebus communis, ex solo germine & sequente fructu desumendus est; petala enim patentia à LINNÆO dicta, & petala laciniis calicis æqualia secundum HALLERUM refutantur exemplo Sp. 2. in qua corolla nulla & Sp 13. cujus petala introrsum flectuntur. *Germen* igitur sæpius *geminum*, rarius triplex in illo casu *compressum*, utrinque alarum rudimenta monstrans, stilum habet unum cum stigmate bifido revoluto, vel stilos duos; in hoc casu trigonum est, tria alarum rudimenta exserit, & tres stilos gerit. Fructus ex gemino germine natus duplex est, *seminum* scilicet subrotundorum alborum quodvis *capsulae* suæ inclusum est, quæ sibi apponuntur, & juncturæ mutuae opposita parte *in alam terminantur magnam membranceam*.

Caracteres non e fructificationis partibus derivati, toti autem generi proprii sunt rami & folia opposita, stipulæ nullæ.

Habitu quod spectat, omnia Acera lignosa sunt, arbores partim, partim frutices, hi interdum arborefcunt.

Omnes fructus racemosi vel corymbosi sunt, vix non semper apici ramorum inhaerentes. Florescentiæ tempus variat, omnium autem fructus versus Septembrem maturantur.

§. XIV.

Notavere omnes fere auctores, stilum ab initio non adesse, sed adulto magis flore assurgere, idem de staminum filamentis valet, quæ non simul omnes crescunt, hinc alia majora, alia minora; ipsi Sp. 1. flores *gemma* insident, fructus sequentes longo pedunculo pendent.

In collocacione *Specierum* illam, cujus flores folia præcedunt, à reliquis seposui, hoc enim caractere maxima facilitate ab omnibus reliquis distinguitur. Deinde folia respexi, quæ quo magis simplicia, parciusque divisa sunt, eo posteriorem in locum legavi. Synonyma, quantum fieri potuit, ordine chronologico digessi. Individua variegata nusquam nomino, quia morbosæ plantæ sunt, sponte factæ, vel arte depravatæ.

A. *Floribus ante folia prodeuntibus.*

Staminibus non ultra sex.

I. ACER RUBRUM. LINNÆUS i), DU ROI l) n. 5.

Acer Virginianum, folio subtus incano, flosculis viridi rubentibus. HERMANN m), BOERHAAVE n).

Acer Virginianum, folio majore, subtus argenteo, supra viridi splendente. PLUKENET o), CATESBY p), DUHAMEL q) n. 5. *Erable de Virginie*, dont la feuille est au-dessous d'un blanc argenté, & au-dessus d'un vert lustré, ou *Erable*, *Plane de Canada*; MILLER r) n. 5.

i) *Species plantarum* ed. REICHARD. Fif. T. IV. 1778. 8. T. IV. p. 330.

l) *Die Harbtesche wilde Baumzucht*. Braunsch. T. II. 1772. T. I. p. 1. sq.

m) *Paradisus Batavus* L. B. 1705. 4. p. 1.

n) *Index alter plantarum, quæ in horto L. B. aluntur* P. II. 4. 1720. P. II p. 234.

o) *Almagestum Botanicum* 4. Lond. 1696. p. 7.

p) *Natural History of Carolina* T. I. p. 62. usus sum excerpto: *Seligmanns Sammlung verschiedener ausländischer Vögel* T. III. Tab. 24.

q) *Hortus Britannico-Americanus* Or a collection of trees &c. adopted to the soil of England. Lond. 4. 1763. n. 63.

r) *Traité des arbres & arbrustes*. Paris T. II. 1755. 4. T. I. p. 27.

r) *The Gardners Dictionary*. Lond. 1759. Article ACER.

Acer Occidentale, folio minore subtus incano, supra atro virente. RAJUS s).

Acer Americanum &c. *The American flowering Maple*, with larger bunches of flowers. CATESBY Hort. n. 64. Suspicionem synonymum hoc appono, auctor ipse præter nomen nihil addit, quo plenius mens sua nosci queat.

Acer folio palmato angulato, flore fere apetalò sessili, fructu pedunculato corymboso. COLDEN t), CLAYTON v).

Acer foliis quinquelobis acuminatis acute serratis, petiolis teretibus LINNÆUS x).

Acer foliis quinquelobis subdentatis, subtus glaucis, floribus pedunculatis simplicissimis aggregatis. KALM y), MÜLLER n. 5. TREW yy) Tab. 85. ponit rare aggregatis dioicis.

Acer Americanum folio majore, subtus argenteo, supra viridi splendente, floribus multis coccineis. *The scarlat flowering maple of Virginia; The great silverleaved maple; Sir Ch. Wager's maple.* MILLER z).

Acer foliis tri-vel quinquelobis serratis, subtus glaucis, floribus distinctis, confertim aggregatis monoicis. TREW Tab. 86.

Acer floribus rubris, folio majore superne viridi subtus

- s) *Historia plantarum* fol. T. T. III. 8. T. 2. p. 309. III. Lond. 1686. T. II. p. 1700. yy) *Plantæ selectæ, quarum imagines ad exemplaria naturalia Londini pinxit* BHRET, notis illustravit TREW. Tab. C. Norimb. 1750-1773. Tab. LXX. - C. curavit VOGEL.
- t) *Plantæ Coldinghamiæ*, in Actis Upsal. 1743. Holm. 1749. 4. p. 115. n. 85.
- v) *Flora Virginica* L. B. T. 2. 1738. 8. p. 41.
- x) *Hortus Upsaliensis* T. II. Holm. 1748. 8. T. I. p. 93.
- y) *Beschreibung seiner Reise nach dem nördlichen Amerika*, Gött. 1754. z) *Eigures of the most useful plants described in the gard. Dict.* T. II. Lond. 1760. fol. T. I. p. 7. plate 7.

argenteo splendente. GRONOVIVS a) ita Claytonum arborem designasse scribit; DUHAMEL n. 6. *Erable ou Plane de Canada, à fleurs rouges, & à grandes feuilles vertes par dessus, & par dessous d'un blanc un peu argenté (hermaphrodite).*

Der Nordamerikanische rothblühende, rothblümige, silberblättrige Ahorn.

Erable blanc, Dictionnaire Encyclopédique, art. ERABLE, ubi & varietas Wageri dicitur.

Erable blanc à grandes fleurs. KALM (Schw. Abh.) Plane in America vocari dicit.

Priusquam synonyma dijudicem, arbores describam, quarum quatuor individua examinavi, quæ quum sæpius de illis erit dicendum, litteris α , β , γ , δ notabo, ultimum VIRGINICI nomine hortum ingressum est.

Florent quam primum benigno tepore, soluta nive, foveri cœpit tellus, fine nempe Februarii, & initio Martii; in Anglia Februario CATESBY; fine Martii primam, medio Aprilis alteram MILLER; fine Martii in horto Harbke DU ROI.

Aguntur tum ex ramis *Gemmæ* hinc solitariae, illinc in cœtus congestæ, copiosæ; quæ *Receptaculo* tomentoso plano gerunt *Flores* sex, rarius quinque, rarissime septem, in circulum dispositos, uno centrum occupante; receptaculum ambeunt, *Squammæ*, tegentes flores immaturos, quæ quo exterius ponuntur, eo minores sunt, & citius marcescunt, colorem habent rubrum, margine tomentoso flavicantem. Ipsis floribus *Calyx* semper deest, nisi corolla pro calyce habeatur, ut diu ante me observavit LINNÆUS upf.; perianthii contra meminit

a) *Flora Virginica exhibens* B. 1762. 4. p. 161.
plantas, quas Colden obtulit. L.

TREW, & DU ROI calicis ex quatuor oblongo rotundis, flavo rubris, tomento albo obfritis petalis compositi, hoc autem nomine, inprimis cum & communem calicem appellet, intellexisse mihi videtur squammas, quales in γ describam; ejusdem certe significationis est Perianthium polyphyllum &c. COLDEN.

In Acere α , quod primum omnium floret, imbricatæ squammæ sunt. *Corolla* monopetala infundibuliformis, texturæ teneræ, flavicans, tubus receptaculo infixus, limbus tuba duplo brevior, mox in quinque lacinas dehiscit, mox integer manet. *Stamina* quatuor, quinque, sex, paris cum corolla coloris, Filamenta corolla sæpe duplo longiora; *Antheræ* oblongæ, didymæ, pollen flavo viride. *Pistillum* nullum inveni, quotquot flores examinavi. Itaque α mas est.

Paucis diebus post panduntur flores Aceris β , quorum habitus à præcedentibus multum recedit, non enim monopetala corolla est, sed habet petala quatuor vel sex, & sustentatur pedunculo crasso, qui receptaculo gemmæ ad perpendicularum infistit, uti ante tubus in α ; Pedunculus à corolla non distinctus est, sed continuatur in illam, appellarem eundem corollæ monopetalæ tubum, si cavus esset; colore totus flos est intense rubro. *Staminu* sex corollæ longitudine, antheræ ruberrimæ. Inter stamina *Pistillum* est, geminum vel triplex, tomento albo obfessum, stili duo vel tres incurvi tomentosi, rubri, stigmata ruberiores. Hæc arbor Hermaphroditus nullos mares gerit.

γ iterum Hermaphroditus differt à præcedente *Gemmarum Squammis* non imbricatis, sed per paria alternatim dispositis crucis in modum, intima paria duo aperiantur, reflectuntur, & calicem gemmæ communem mentiuntur. *Corollæ petala* quatuor, flava, vix tantillum rubella, æque tenera fere ac α , corollæ pedunculus minutus. *Stamina* quatuor flavo rubræ. *Pistillum* ut ante.

♂ etiam Hermaphroditus. *Squamme* ut præcedentis, sed non ita longæ, nec adeo evidenter reflexæ. Flores cæterum medii inter β & γ ratione rubedinis, pedunculi longitudinis & petalorum duritie.

Arbores Mares & Hermaphroditos mecum observarunt CATESBY, DUHAMEL, DU ROI *b*), Hermaphroditus sine dubio ab HERMANN describitur, quamvis staminum mentionem non fecerit, sibi ignotorum, similem habent COLDEN, MILLER.

Fructus corymbosi capsulæ perfecte globosæ, alæ angulo parum obtuso ipsis insidentes pollicem cum sexta parte longæ, margine externo recto, interno convexo.

Folia harum arborum quinquepartita sunt, lobi acuti profunde incisi magnos dentes faciunt, qui iterum minores latos valde tamen acutos gerunt (dentibus hisce magnis acutisque folia ab illis Sp. 6. differunt); folium superne plus minusve profunde viride, inferne argenteum; longitudo & latitudo sæpe sex unciarum. Color nascentium & pereuntium ruber; venæ multum ramosæ primum rubescunt.

Petioli teretes, supra ut plurimum rubri, infra virides, folio sæpe tertia parte longiores, alias & breviores.

Cortex rufus epidermide griseo alba tectus, hæc in annofloribus fissa, illam monstrat. Acer ♂ corticem habet albidiorum reliquis. Cortice Americani pannos cœruleo colore tingunt, atramentum etiam inde parant. KALM.

Lignum album tenax multifariis operibus accommodatum. Pretiosum præcipue illud, quod interdum *stris variegatum* (*masurirt*, *curled*) occurrit. KALM.

Disputandum nunc est, quatenus synonyma & de-

b) Scribit cl. Vir, LINNÆUM cit L. ordinem dioicum classis polygamie, non classem Dioicam respiciens. unum A. rubri individuum mas, alterum feminam esse putare, quod nullibi apud L. legi; Dioicum di-

scriptiones auctorum atque individua horti Argentinensis ad unam speciem pertineant. MILLER Dict. & fig uni tribuit, quas in Dict. prioribus editionibus sejunxerat, quia nec flores, nec semina, nec folia in utraque differunt, & flores modo in Wageri Acere copiosiores sunt. Hanc ob rem à cl. VOGEL, qui TREWIO in illustrandis Tabulis Ehretianis successit, & pro distinctione specierum pugnat, reprehenditur. Distinctionis notæ, quas ponit, sunt squammæ gemmarum Tab. 85. imbricatæ, Tab. 86. per paria dispositæ, flores ibi rari & dioici, hic conferti & monoici. Quod dioica sit illa ex auctoribus colligere studet, experientia in horto hic facta quæstionem sine oppositione solvit, dictum scilicet est α esse Marem, β Hermaphroditum, sed β ex furculo nata est ab α defumto, ergo certe α & β unius speciei sunt, & A. Rubrum dioicum. Monoicam esse alteram cl. VOGEL ex figura patere dicit (in eas enim descriptiones factæ sunt, non in specimina naturalia), tantam autem apud me fidem figura non habet, ut ei innitens novam speciem condere auserim, nam & MILLERI, qui plantam, à qua defumta est, examinavit, testimonio adversatur, & sæpius splendidissimas certe Ehreti tabulas naturam non omnimode imitatas esse deprehendi. Character quem clar. VOGEL a pedunculis Tab. 85. longioribus subnutantibus, Tab. 86. brevioribus rectis defumfit, certe specificus non est. Sed supersunt folia in illa quinqueloba, in hac triloba vel quinqueloba dicta. Equidem in foliorum examine multum sudavi, quatuor nostras arbores perlustrans; vidi folia quinqueloba sinibus lunatis, aliisque acutis, ita ut lobi se tangerent, dein folia potius triloba, ubi lobus quartus & quintus pro majore potius dente secundi & tertii habendi erant. In quibusdam foliis lobi latissimi sunt ad basin, in aliis ad mediam sui partem. Sinus mox radiatim ad petioli insertionem vergunt, & folia quasi

quasi quinquepartita fiunt, mox venæ magnæ folii paraleli sinus sunt & parvi, unde & lobi minores. In nonnullis foliis longitudo æqualis latitudini est in aliis major. Candicat magis minusve inferior pagina. Sed omnes istæ distinctiones ejusdem individui foliis competunt, nec ullum in una arbore reperire est, cujus simile reliquæ tres non habeant. Quamobrem non possem vel hac in re caracterem dare, quo species duas distinguerem, militent itaque arbores quatenus adhuc descriptæ sunt & à me visæ sub eadem specie.

Copiose in Virginia & Pensylvania occurrere auctores citati dicunt.

Tandem icones recensendæ. HERMANN ramum habet foliis & floribus ornatum. PLUKENET c) folia nitide sculpta offert, sed lobos indistinctos, incisuras & dentes nimis obtusos. MILLERI icon nihil distincti habet, flores pro stipulis quis haberet, foliorum lobus medius male curvatur. Optime flores mares stitit DUHAMEL pag. 30. folium autem Tab. 10 n. 5. delineavit. Colores & studiosa delineatio CATESBÆI voluptatem aspiciendo creant, ramum dedit florigerum, in quo stamina apparent, non styli, folium separatum dilutius viride, ferratum, vix quinquefidum; longissimis pedunculis fructus dependent ex alio ramo, semina flava, alæ perpendiculares introrsum flexæ. Nec minus oculis blandiuntur TREWII pistillæ; Tab. 85. flores ruberrimi, pedunculis nutantibus, pistillis eminentibus, separatim unus flos pingitur, in quo ablata corolla stamina apparent. Folia profundius viridia, trifida. Tab. 86. Flores rubelli, plurimi staminibus longissimis flavis, alii sine staminibus pistillum monstrant; fructus in folioso ramo copiosi, confusi, pedunculis longissimis, alæ a femine non distincti perpendiculares. Folia ut ante; petioli non rubri.

c) *Phytographia* f. Icones 4. Lond. 1692. Tab. 2. f. 4.

B. *Foliis cum floribus prodeuntibus.*

Staminibus octo.

2. ACER NEGUNDO. L.

Acer maximum foliis tri- & quinquefidis Virginianum.

PLUKENET al. CATESBY hort. modo nomen allegat.

Arbor exotica foliis fraxini instar pinnatis & serratis, Negundo perperam credita. RAJUS.

Negundo perperam dicta arbor Virginiana. BOERHAAVE.

Acer foliis compositis, floribus racemosis LINNÆUS d), ROYEN e).

Acer fraxini foliis Claytoni. GRONOVIVS.

Acer foliis compositis, pedunculis filiformibus racemosis. DU ROI.

The Virginie ash leaved Maple, MILLER n. 3.

Erable de Virginie dont les feuilles sont divisées en trois ou en cinq ou à feuilles de frêne. DUHAMEL n. 10.

Arborem proceram in horto cito crescere, & inter altissimas esse DU ROI, MILLER scribunt.

Medium versus Aprilem prodit pedunculo tetragono racemus laxus, coloris graminei, tomento levi adpersus flores gerens concolores, minutos, minimos quos vidi, fere duodecim. *Gemma squammæ breves. Calix quinquefidus, vix linearis. Corolla nulla. Stamina nullum ut in omnibus. Flos non rotundus, sed compressus, compressum enim germen simplici pedunculo infidet, nec duriusculis petalis ut Sp. 1. circumdatur, sed appressas habet tenues debilesque calicis laciniæ. Fructuum capsulæ triplo fere propria latitudine longiores,*

d) Hortus Clifortianus fol. Amst. 1737. p. 143.

e) Flora Leydenfis prodromus L. B. 1740. 8. p. 459.

non linea recta junctæ sed angulo, alæ capsulis non multum longiores, linearum octo, margine extus convexo, intus parum cavo; sæpe hinc apice se tangunt.

Folia ternata, rarius quinata, unam vel duas uncias lata, ad quatuor usque longa, ovato oblonga, utrinque acuta, ferrata, venosa, substantiæ tenuis, floride viridia.

Petioli virides.

Cortex juniorum ramorum viridis splendens, trunci cinereus lævis, epidermidis fissuræ flavæ, supra eam tubercula fusca.

Dioica & hæc species est, quotannis matura semina fert, polline vicinorum Acerum fructificata, ipsa enim arbor stamina non habere plurimorum florum examine vidi. Feminam & habet DU ROI; mares notas esse dicit, cuius? non addit.

Habitat in Virginia.

Nitide PLUKENET Ph. Tab. 123. fig 4. folia & florum racemum exhibet, DUHAMEL Tab. 11. f. 10. folium quinatum.

3. ACER PLATANOIDES. L. MUNTING f), TREW Tab. 91.

Acer acutioribus foliis GESNER g).

Aceris genus Oxyphyllum ib. p. 289. porro h). P. II. f. 17.

Aceri congener altera infrequentior LOBEL i) adv.

f) *Phytographia*, denominationes addidit KIGGELÆR Amst. 1727. fol. Tab. 11. Belgice prodit 1696.

g) *De hortis Germaniæ* p. 284. b. annexi sunt Cordi operibus.

h) *Opera botanica ex bibliotheca* TREWII edidit SCHMIEDEL P. I. continet figuras minores ultra

CCCC. ligno insculptas & æri incisas, P. II. centuriam primam plantarum pictarum. Nor. fol. 1753.

i) *Nova stirpium adversaria* auctore P. PENA & M. DE LOBEL Antw. 1576. fol. p. 443. *Ejus plantarum f. stirpium historia* ib. 1581. p. 614.

Acer montanum tenuissimis & acutissimis foliis C. BAUHINUS l), RAJUS m).

Acer major, nonnullis Platanus Germanica CAMERARIUS n) Ep.

Aceris majoris altera varietas I. BAUHINUS o), HERMANN, TOURNEFORT p).

Acer montanum, orientalis platani foliis atrovirentibus PLUKENET alm. WEINMANN q).

Acer foliis palmatis acute dentatis, floribus corollatis dichotomocorymbosis. LINNÆUS cliff. ROYEN.

Acer foliis quinquelobis acuminatis acute dentatis glabris, floribus corymbosis. LINNÆUS r), MILLER n. 4. GLEDITSCH s).

Acer foliis quinquelobis, dentibus acutis, intervallis lunatis, racemis erectis HALLER t), DU ROI n. 3.

Die Lenne, Löhne, Lehne, Leinahre, Breitlehne; der Lein=Linn=, große Milch=, deutsche Gallatbaum; Breitlaub, Breitlöbern, Breit=, Weinblatt; deutscher Zucker=, großer spitzblättriger=, Spitz-Ahorn, Gleditsch.

Erable à feuilles de Platane ou Plane. DUHAMEL n. 3.

The Norway Maple, MILLER; The mountain maple with sharper pointed leaves RAJUS Syll.

l) <i>Pinax theatr. bot.</i> Basl. 1623. p. 615. Coroll. 43.	q) <i>Phytanthoza.</i> Ratisb. T. IV. fol. T. I. p. 11.
m) <i>Sylloge stirpium Europæarum.</i> Lond. 1694. 8. p. 49.	r) <i>Flora suecica.</i> Holm. 1755. 8. p. 365.
n) <i>Epitome Matthioli.</i> Frf. 4. 1686. p. 63.	s) <i>Systematische Einleitung in die neuere Forstwissenschaft.</i> T. II. Berl. 1774. T. I. p. 361. sq.
o) <i>Hortus medicus ac philosophicus.</i> Frf. 1588. 4. p. 4.	t) <i>Historia stirpium indigenarum Helvetiæ</i> T. III. fol. Bern. 1768. T. I. p. 443.
p) <i>Theatrum botanicum</i> T. III. fol. T. I. pars 2. p. 166. sq.	

In mediam arborem excrescere se, aliosque obser-
vasse SCHMIEDEL ad GESNERI Opp. retulit.

Floret fine Martii in horto, Aprili in montibus
nostris.

Florum *Corymbus* totus viride flavus ex *Gemma* pro-
dit, quæ squammorum paribus sex alternis involvitur,
eorum duo intima, maxima, uncialia, reflexa, flavo &
rubro pulchre striata, tomentosa, uncialia, crucis spe-
cie calicem simulant; cum flore vel ante pereunt. *Pe-
dunculi* floribus, plus minus longiores. *Calix* perian-
thium monophyllum, quinquefidum, acutum vel rotun-
datum, basi plana & integra, persistens. *Corollæ* petala
quinque, ovata, ungue angusto, extrorsum latiora, ob-
tusa, calice vix majora, patentia. Hæc LINNÆUS. Cali-
cem corollæ simillimum vidi, vix distinguendum,
nisi quod illius foliola petalis paulo exteriora sint; si
quis calicem nullum, corollæ petala decem esse velit,
non errabit. *Stamina* octo vel decem; filamenta longi-
tudine corollæ, subulata; antheræ didimæ, subglobosæ;
pollen cruciforme, *Pistillum* more consueto; stilus unus.
Præter hermaphroditos in eodem corymbo flores mares
sunt, prioribus simillimi præter pistillum quo carent vel
toto, vel ejus stilo. *Receptaculum* depressum, convexum
carnosum, magnum foveolas habet in circulum positas
ex quibus stamina emergunt, in centro major foveola
est, pistilli sedes in hermaphroditis in maribus vacua,
reliqua receptaculi pars poris obsidetur, ambitui calix
& corolla inhærent. Capsulæ *fructuum* oblongæ, com-
pressæ, linea recta junctæ, alæ unciales angulum valde
obtusum faciunt, margo exterior leviter concavus interi-
rior multum convexus.

Folia sex uncialia, latitudinis spithameæ, quinque
vel septemloba, lobis uncialibus, sesqui unciam latis,
sinibus acutis raro lunatis, bene J. BAUHINUS vocat "non

„ferrata, sed extremorum acutie exquisita, inferne di-
 „lute viridia splendicantia, superne saturatius viridia „,
 minus tamen Sp. 6. habitus foliorum mollior etiam ac
 delicatior. Ex junioribus cibum sibi paraverunt homi-
 nes, unde nomen *Salatbaum*.

Petioli supra rubri.

Cortex in arbore sesquipedis diametri valde rugosus,
 nigricans, in juniore laevis griseis & flavicantibus striis
 notatus.

Lignum juvene præ Sp. 6. magis album, sed & ru-
 dius, venosiusque, hinc ad opera delicatiora qualia
 musica instrumenta fidibus instructa sunt, minus utile.
 GLEDITSCH.

Multæ & pulcherrimæ hujus arboris factæ icones
 sunt. DUHAMEL fructificationis partes quas pro *Aceris*
 genere delineavit ex hac specie desumpsit. CAMERARIUS
 qui GESNERI Opp. botanica manuscripta possedit, ico-
 nem quam propriis operibus inferuit inde petiit, folia
 & semen bene exprimit. Ramulum foliorum nimis an-
 gustorum dedit LOBEL adv. Nec malum est quod J. BAU-
 HINUS & DUHAMEL Tab. 10. f. 3. dedere folium. Hæc
 ligno incisæ sunt. Æri insculpta MÜNTINGII accurata icon
 est, modo non flores & fructus in eodem ramulo essent;
 nitidissima dein PLUKENETII Ph. Tab. 252. f. 1. icuncula,
 accuratissime flores tradens, folia vero nimis angusta,
 præcipue apicem versus; MILLERI figura præter semen
 nihil naturæ consentaneum habet, stamina floris decem,
 pistillum nullum; ignota mihi CRAMERI icon. Transeo
 ad pictas. WEINMANNI fucatum opus oculis placere po-
 terit non botanicis, botanico valde ingratum, is Monta-
 ni Candidi nomen tabulæ 15. supponit in qua folia &
 semen *Aceris Platanoidis* sistuntur; Tab. 17. figuram de-
 dit *Platanoidis* nomine quæ plurimum a natura abhorret.
 Splendida GESNERI Opp. P. II. C. I. f. 17. icon summo.

pere accurata est, ramulum foliorum, & unicum semen separatim exhibet. Colore nimis profundo, & hactenus præcedenti aliquatenus inferior est TREWIANA, offert ramulum florigerum, & alium qui folia cum seminibus gerit.

Montibus & Europæ frigidiori accommodata a natura hæc arbor est, nam ex Norwegia in Angliam delatam MILLER fig. scribit, in Suecia communissimam LINNÆUS fl. Suec. Monspeli hospitare GOUAN v). Hodie vulgarem Germaniæ & Galliæ montium incolam esse ex omnibus harum terrarum floris video.

4. ACER CRISPUM.

Acer foliis quinque palmatis, irregularibus, infetas terminatis, crispis.

Erable à feuilles de Griffon.

Nondum floruit juvenis arbor.

Folia maxime irregularia, unguibus accipitrum non absimiles, quinque palmata, quatuor uncias cum semisse longa, quinque lata, palmæ mediæ longitudo pollicum duorum cum dimidio, latitudo unius; discus folii valde undulatus, margines revoluti; palmæ exteriores respectu mediæ non symmetricæ; in quavis dentes infetam terminati, ac si caudæ incurvæ essent; consistencia folii ut præcedentis, color paulo magis intensus.

Cortex griseo niger, maculis amplis albidis. Truncus multum nodosus.

Præter hoc individuum aliud in horto quodam vidi, paulo magis adultum, nec quicquam mihi porro de arbore constat, nisi quod rei navalis quondam Præfectus Gallus eam ex Mahon Minorcæ attulerit.

v) *Flora Monspeliaca sistens* Lugd. 1765. 8. p. 280.
plantas methodo hybrida digestas.

5. ACER SACCHARINUM. L.

Acer foliis quinque partito palmatis, acuminato dentatis.
LINNÆUS Sp. Pl. MILLER n. 6.

Acer foliis acutioribus, utrinque pallide virentibus & lunatis, angulis lateralibus fere obsoletis, GRONOVIVS, qui citat descriptiones generum J. MITCHELL Actis Phys. Med. Nat. Cur. T. 8. insertos, evolvi librum sed nil inveni; deinde etiam citat *Acer sacchariferum Canadense vulgo,* GEORFFROY, huic autem de pseudoplatano sermo est.

Acer foliis majoribus trilobatis erosis, floribus albis, theca majore erumpentibus, cortice albicante, CLAYTON

Acer Carolinianum, foliis maximis subtus argenteis in lacinias profundiores. & magis acuminatas divisis. CATESBY hort. n. 66. addit, folia æque magna esse ac Platani occidentalis, prætereaque nihil.

The american sugar Maple MILLER n. 6. *Sugar tree, sugar wood.* CLAYTON.

Erable à sucre, petit erable plane. ENCYCLOPEDIE KALM [Schw. Abh.] hoc *Erable in America* vocari notat.

Zucker-Ahorn. DU ROI n. 4.

Hoc nomine hortum intravit arbor nec foliis vv) neque cortice a Platanoide distinctus; similemque in alio horto vidi, cujus mihi dixit hortulanus, tam copiose succum emittere, ut furculi ejus in alium inferi non possint, inundati enim a succo copiose affluente eluuntur, dein & folia ab insectis omnia devorantur, quod in nostra Platanoide non fit, unde colligo esse species mihi visas saccharinum acer, quod non credidi, ob similitudinem foliorum cum Sp. 3. quum LINNÆUS dicat esse saccharino

vv) Foliorum marginis pauciores dentes & loborum major profunditas, a DU ROI notatæ debiles mihi distinctiones esse visæ sunt.

charino folia profundius divisa quam rubro, & descriptio foliorum cl. REICHARD x), non conveniat. Quidquid sit narravi visa, quæ vidit cl. REICHARD, hæc sunt.

Prodeunt Aprili flores ex *Gemma* squammis brunis tecta in *racemum* compositum ordinati. *Pedunculus* communis brevis dividitur in ramos gerentes quatuor circiter *flores hermaphroditos*, pedunculi productio *mares* fert hermaphroditis majores numero pedicellis simplicibus, hi biunciales, filiformes, flavo virides, debiles, pilis obfiti, hermaphroditorum pedicelli masculis breviores viridiores. *Calix* campanulatus, plicatus, quinquefidus limbo pilosus, flavo viridis. *Corolla* nulla. *Stamina* octo, plus minusve; filamenta longitudine corollæ; antheræ didymæ; pollen in hermaphroditis nullum. *Pistilli* styli duo. *Fructus* capsulæ rotundæ, sursum alata, semen brunum.

Folia quinquefida, rarius trifida, undulata. MILLER folia ab initio Platanoidis similia dicit, magis adulta autem, profundius divisa, & superficiæ rudioris, hinc facile posse distingui.

In America septentrionali copiosa arbor.

6. ACER PSEUDOPLATANUS. L.

Sycomor, RUELLIUS y), GESNER Hort. Ruellium ea voce usum dicit.

Platanus, TRAGUS z). *Platanus Germanica*, MATTHIOLUS zz).

Aceris species Platanus Gallorum, BELLONIUS a).

x) Botanische Anmerkungen, in Schriften der Berlinischen Gesellschaft. B. I. p. 310. Tab. 9.

y) De natura stirpium. Basil. 1537. fol. p. 137.

z) Kräuterbuch. Strasb. 1630. fol. p. 889.

zz) Kräuterbuch. Fes. 1590. f. p. 35.

a) Observaciones L. III. ex gal-

Aceris prima species, proprie *σφενδαμν* *⊗* *veterum*, nobis *Asari*, ANGUILLARA *b*); quamnam equidem speciem pro *sphendamno* habeam, v. §. I.

Acer major, CORDUS *c*) *Hist.* qui vulgo *platanum* dici addit; GESNER *Hort. Opp. botan.* DODONÆUS *d*), SCHWENCKFELT *e*).

Acer montanum s. *Gallicum*, GESNER *Hort.*

Acer, LONICERA *f*).

Acer *κλινοτροχ* *⊗* *antiquis*, LOBEL & PENA *adv.*

Acer major Cordi, *κλινοτροχ* *⊗* *Anguillara*, ita LOBEL in *historia*; errat autem sibi persuadens *Anguillaram* hanc speciem pro *clinotrocho* habuisse; quodnam vetus nomen *Pseudoplatano* tribuit *Anguillara*, modo dictum est, *clinotrochon* vero vocavit arborem à suis *Platano aquatico* dictam, quam J. Bauhinus pro *Viburno Opulo* L. habet.

Acer Cordi, CÆSALPINUS *g*).

Acer latifolium, oblongiore *florum uva*, candidiore & laxiore *materia*, ab *imperitis Platani nomine donatum*, CLUSIUS *h*).

Aceris species folio majore, *carpinus videtur*, DODONÆUS in *historia* quam gallice *Clusius 1560.* edidit *fol.*

Acer montanum candidum, DALECHAMP *i*), qui *Plane*

lico in *latinum* vertit CLUSIUS.

fol. Antw. 1605. p. 23.

De cultura neglecta p. 235. (cum *priore* *prodiit*).

b) *Simplici. Vin. 1561. 12. p. 79.*

c) *Annot. ad Dioscoridis L. V. Historia stirpium L. IV. Arg. 1561. fol. p. 174. b.*

d) *Stirpium historia pemptades VI. f. L. XXX. Antw. 1616. fol. p. 840.*

e) *Stirpium & fossilium Silesia Catalogus. Lips. 1600. 4. p. 7.*

f) *Kräuterbuch. Jrf. fol. 1560. p. XCIX. c.*

g) *De plantis L. XVI. Florent. 4. 1583. p. 42.*

h) *Rariorum plantarum historia. Antw. fol. 1601. p. 9.*

i) *Historia generalis plantarum Lugd. 1587. fol. p. 94.*

à suis vocari dicit, C. BAUHINUS, TOURNEFORT,
BOERHAAVE, WEINMANN, MAPPUS l), DUHAMEL
n. I.

Acer majus, CAMERARIUS Hort. GERARDE m), J. BAU-
HINUS, HERMANN, RAJUS Hist. &c. n).

Acer majus latifolium Sycomorus dictum, PARKINSON o).

*Acer foliis palmatis obtuse serratis, floribus subapetalis
racemosis*, LINNÆUS Cliff. ROYEN.

*Acer foliis inferne candicantibus latifoliis angulatis, pe-
diculis rubentibus annexis floribus rosaceis, ex viridi
flavescentibus, fructu alato gemello multicapsulari*,
LINDERN p).

Acer foliis Platani, Leinbaum, WEINMANN.

*Acer foliis quinquelobis acutis, obtuse serratis, petiolis
canaliculatis*, LINNÆUS upf. SAUVAGES q).

*Acer foliis quinquelobis inaequaliter serratis, floribus ra-
cemosis*, LINNÆUS Sp. Pl. MILLER, GLEDITSCH

Acer foliis quinquelobis acute serratis, racemis pendulis,
HALLER.

*Acer foliis quinquelobis acute serratis, florum racemo
composito pendulo*, DU ROI n. I.

Uhorn mit tief eingeschnittenen Blättern, Uhorn in
hohen Wäldern, gemeiner weisser Berg = Uhorn,
teutsch Uhorn, Urle, Urlenbaum, Wald =, Buch

l) *Historia plantarum Alsaticarum* curavit J. C. EHRMANN M. Dr. Arg. 1742. 4. p. 4.

m) *The herball, or General historia of plants, enlarged by* JOHNSON Lond. fol. 1633. p. 1484.

n) *Synopsis methodica stirpium Britannicarum*. Lond. 1724. p. 470.

o) *Theater of plants*. Lond. 1640. fol. p. 1424.

p) *Hortus Alsaticus*. Arg. 1747. p. 15.

q) *Methodus foliorum s. Flo-
ra Monspeliensis juxta foliorum
ordinem digesta*. Monsp. 1751.
p. 212.

Eschern, die Ehre, Dehre, Arle, Stein=Ahre,
Spillenholz, Weinblatt.

Erable blanc de montagne, dit Sycomore, DUHAMEL.

The Sycomore Tree, greater maple.

Acer montano, maggiore.

1) *Acer montanum foliis utrinque virentibus, MAPPUS.*

2) *Acer montanum candidum fructu rubente, VAILLANT r).*

Maxima arbor initio Maji floret.

Racemus compositus (pedunculi enim inferiores ramosi, verticillatim positi, superiores alterni, simplices), vel & simplex, spithameus, totus dilute viridis, villosus. *Florum calicem* vix a *corolla* distinguere potui; hujus itaque petala octo. *Staminum* octo filamenta corolla duplo longiora. Cætera ut Sp. 3. Individuum totum *mas* habet VAILLANT. *Fructuum* capsulæ binæ fere globulares, superne planæ, pedunculum autem versus acutum marginem habentes, angulo obtuso alas ferunt quatuordecim lineas longas, margine externo recto, interno primum cavo dein multum convexo.

Folia quinque pollices longa, interdum paulo latiora quinqueloba, lobo medio trium pollicum, dimidiæ latitudinis, sinibus acutis, obtuse serrata, supra profunde viridia, subtus candida, substantia firma, leviter tomentosa supra, multum infra.

Petioli supra rubri, striati.

Cortex juniorum flavicans annosiorum griseo albus, quin albus, ramis novi cum virore brunis.

Lignum in genere album, albo flavicans annis triginta ad sexaginta usque, cana ætate marmoreum, du-

r) *Botanicon Parisiense. Par. 1727. fol. p. 1.*

rum, tenax & tenerum, hinc omnis generis operibus aptum & delicatioribus, qualia instrumenta musica sunt. GLEDITSCH. Ramos ipso trunco durius lignum habere referunt *Berner Sammlungen* 1760. p. 832.

Icones ligno incisæ rudes quidem more pristini ævi sunt, sed quædam bene delineatæ Veteris jam TRAGI figura foliorum oppositionem, quinque loborum proportionem & marginis ferras probe indicat, flores & fructus non habet. Bona & folia sunt GESNERI Opp. P. I. f. CLXIII. & *Cordi*, minus bona femina. Folia apud CLUSIUM optimi habitus sed parce quinquefida, hujus figuram LOBEL Hist. habet. LONICERA aceris nomine figuram Sambuco racemosæ similem ponit. Quam campestri aceri præposuit iconem DALECHAMP, huc pertinet, est enim racemosa, folia habet tolerabilia, femina absurda; figura Aceris montani corymbosa est, folia huc trahi possent. Mala figura TABERNEMONTANI s) est. Bona est DODONÆI icon complete partes sistens, femina tamen nimis plana. STAPEL apud Theophrastum se LOBELII figuram dare dicit, in eodem racemo floribus pessimi fructus junguntur. Pessime J. BAUHINUS folia integerrima habet. DUHAMEL Tab. 9. folia cum racemo florum habet, ubi convoluta esse folia displicet, Tab. 10. f. 1. folium est non ferratum, lobos breves habens. GESNERI f. 163. & PLUKENETHI Ph. Tab. 252. f. 1. æneæ nitidæ sunt WEINMANN falso hanc nomine pinxit. Splendida & exacta GESNERI P. II. C. I. n. 18. pictura est folia cum feminibus offerens.

Hanc arborem nullibi in campis habitare legi sed in montibus frequentissimam vidi. Bene tamen ad ambulacra in planis plantata vegetat. Patriam Europam habet non nimis frigidam, in Anglia hospitare apud GERARDE

s) Icones curante BASSEO, Ff. 1590. 4.

in Suecia apud LINNÆUM upf. legi, Gallix & Germanix propriam omnes floræ dicunt, Italiæ SEGUIER t).

5. ACER CAMPESTRE L.

Acer Massholder, TRAGUS.

Acer Opio cognominatum Romanis, foliis ad hederam accedentibus, BELLONIUS cult. neglect.

Acer tenuifolia, *Opulus*, *Rumpotinus*, CORDUS hist.

Opulus, *Rumpotinus*, GESNER hort. p. 244. b. se ita *Acerem minorem* appellare dicit; G. TURNERUS teste C. BAUHINO.

Aceris congener una, *Sphendamos Theophrasti*, *angulis hederaceis ternis & quinis*, LOBEL & PENA adv.

Opulus aceri similis, *cortice scabriore*, CÆSALPINUS.

Acer campestre, *veteribus Opulus campestris*, *nobis Erable molle* f. *adré*, DALECHAMP.

Platanus, *Massholder*, LONICERA qui eum 'cum platanus pro eadem arbore habet. TABERNÆMONTANUS v) *platanum*, *Acer*, *Massholder*, deutsch *Uhorn* appellat; veram autem *platanum* nomine fremd *Uhorn* seorsim describit & delineavit.

Acer minus vel minor, CAMERARIUS hort. & Ep. DODONÆUS, GERARDE, PARKINSON, J. BAUHINUS cui & *A. vulgare*; RAJUS hist. syn. Cant. x); an SCHWENCKFELT huc trahendus sit dubito, dicit enim in montosis occurrere, descendereque in campestria, & appellat *Leinbaum*.

Acer alterum minore folio & crassiore cortice CLUSIUS.

Acer campestre & minus, C. BAUHINUS, TOURNEFORT,

t) *Plantæ Veronenses*, Veron. T. II. 8. 1745. T. I. p. 304.

x) *Catalogus plantarum circa Cantabrigiam nascentium* 12.

v) *Kräuterbuch*, Basel fol. 1687. 1660. p. 3.

BOERHAAVE, VAILLANT, WEINMANN, MAPPUS,
DUHAMEL n. 7.

Acer foliis tripartito palmatis, laciniis utrinque emarginatis, obtusis, cortice sulcato, LINNÆUS upf. ROYEN.

Acer foliis minoribus lævibus laciniatis s. angulosis, floribus rosaceis ex viridi flavescentibus, LINDERN.

Acer foliis lobatis obtusis emarginatis, LINNÆUS fl. suec. MILLER n. 2. GLEDITSCH corticem rimosum esse addit.

Acer foliis semitrilobis obtusis, lobis lateralibus emarginatis, HALLER, DU ROI n. 7.

Der kleine deutsche, Kleinblättrige, Milch-Ahorn; Maß, Maschholder; Eplern; Applern; Appeldö-
ren; Wittmevern; Schwepstöchholz; Mesellern;
Maserle; Merle, Meveller; Ammerle; Kapelthän;
Schreiberholz; Schreiberlaub; Bin, Angerbin,
Creuzbaum; Wasserhülze. GLEDITSCH.

Le petit Erable des bois.

The lesser Maple, common maple.

Opolo, Pioppio, Oppio, Loppio.

Acer campestre & *minus fructu rubente*, VAIL-
LANT idem RAJUS Syn. observavit, & elegantem
esse varietatem si non speciem diversam notavit.

Sæpissime frutescit, arbores vidi pedis diametro,
TRAGUS in nostra Wasgovia truncos vidit, ex quibus
ædes strui potuissent.

Floret versus finem Aprilis. *Corymbus* parvus, la-
xus, tenui tomento obsessus, cum flavedine viridis to-
tus, pedunculus insertionem versus rubellus est. *Calix*
quadrifidus. *Corollæ* petala quatuor, calicis laciniis du-
plo angustiora. Interdum æqualia, & decem numero.
Cætera ut Sp. 3. VAILLANT individuum mas vidit. *Fru-*
ctus capsulæ rotundæ compressæ, alæ horizontales vel

parum deorsum (pedunculum versus) flexæ, in uno plano non sunt, sed superficies nutant; margo inferior re-
ctus, superior convexus.

Folia duo pollices longa, dimidium plus lata, basi emarginata, quinqueloba, lobus medius dimidium folii efficit, sinus ad axim folii convergunt acuti, lobi serrati vel crenati, exteriores integri, color supra viridis, infra subalbidus, tomentum utrinque.

Petioles rubri, leviter tomentosi.

Cortex profundis in longum sulcis incisus, scaber, griseus, transparente per epidermidem lateritio colore; in ramis transversis vinculis sulci interrumpuntur; densiorem ipso ligno ut LINNÆUS cliff. dicit, nondum vidi.

Lignum album est, & ita tenax, ut referente RAJO Cant. in Anglia vasa inde formentur, quorum tenuis structura lumen transmittit.

TRAGI, CORDI, LONICERÆ, LOBEL adv. TABERNÆMONTANI, DODONÆI, J. BAUHINI iconum, una melior altera, nulla bona; omnimode LINNÆO Cliff. subscribo, nusquam folia bene delineari querenti; folium quod DUCHAMEL T. 10. n. 7. habet, ne quinquetidum quidem est. At GESNERI Opp. P. I. f. 164. ænea figura nitida & accurata est; & splendide picta P. II. C. I. n. 19. folia, flores mares & hermaphroditos atque semina immatura exhibens; ab ea toto cœlo differt WEINMANNIANA more suo male exarata.

Frequens in omni Europa arbuscula, in frigida Scania rarius fructus maturos fert, observante LINNÆO Fl. Suec.

8. ACER ITALUM.

Zygia, eam Gaza Caprinus vertit, Lombardis Oppio, lignum habet flavum, folia & fructus paulo minores, similia vero (Sp. 6. scilicet) ANGUILLARA.

Opulus

Opulus montanus, Erable madré f. jaune, DALECHAMP.
Acer montanum flavum & *crispum*, C. BAUHINUS,
 WEINMANN, MAPPUS.

Acer montanum, PARKINSON.

Acer major folio rotundiore minus laciniato, an *Opulus*
Italorum RAJUS hist. PLUKENET alm. HERMANN.

Acer foliis lobatis, minime incis, fructu racemoso. The
italian maple, commonly called opulus, MILLER. *Erable*
à feuilles rondes ou Opale. DICT. ENCYCLOPEDI-
 QUE

RAJUS *folia* ejus a se in Italia collecta majora ait fo-
 liis Sp. 6. esse, verum rotundiora, minus profunde la-
 ciniata, laciniis obtusioribus, pedunculos & venas ru-
 bere HERMANN se juxta Viterbum Italiae in sylvis frequen-
 ter arborem vidisse dicit; *fructus* esse vulgari tumidiores
 & membranis brevioribus alatos atque ex breviori pe-
 dunculo pendere. MILLER foliorum latitudine in Italia
 multum aestimari dicit, Angliae nuper semina illata esse.

An WEINMANNUS raram adhuc extra Italiam arbo-
 rem possederit non decidam, figura quam pinxit T. 16.
 c. similis iconi ad Sp. nostram ♂ pertinenti est, lobis ta-
 men latioribus obtusioribus.

Dubito quin MAPPUS veram BAUHINI arborem in
 nostro monte Ottiliae viderit; & ignorantia verae VAIL-
 LANTIIUM puto eam pro varietate Campestris habuisse.
 Mihi ignota est.

9. ACER PENNSYLVANICUM L.

Acer foliis trilobis acuminatis serrulatis floribus racemosis
 LINNÆUS Sp. Pl. ed. 764. p. 1496. *Erable de Cana-*
da dont les feuilles dentelées sont terminées par 3. gran-
des pointes, & les fleurs disposées en grappe. DUHA-
 MEL II. II.

E

Acer foliis subquinelobis inaequaliter serrulatis, florum racemo composito erecto, pedicellis subdivisis; dex nord-americanische Berg-Ahorn. DU ROI n. 6.

Aceris Cathartici, Erable purgatif nomine horto ingestum.

The mountain maple of America. MILLER n. 7.

Floret arbor Majo; DU ROI Junio dicit.

Racemus totus cum floribus flavus erectiusculus; pedicelli saepe ramosi, bracteas interdum habent admodum tenues. Calix quinquefidus, vix linearis, apice acuto rofeo, pilosus. Corollae petala quinque, calice duplo longiora, angustiora. Stamina octo longitudine corollae. Reliqua ut in Sp. 3. DU ROI minimos Acerum hos esse flores ait, quod respectu florum ejusdem habitus & equidem vidi, caeterum autem Sp. 1 & 2. minores flores habent. Fructus capsulae globosae, alas angulo obtuso ferentes, haec apice vix latiores, marginibus fere parallelis 7 L. longae.

Folia 4 $\frac{1}{2}$ pollices longa, vix 3 lata, triloba cum vestigio quarti & quinti lobi, rarius & vere quinqueloba, lobis angulo parum obtuso distantibus acuta valde, inaequaliter & acute ferrata, venosa, rugosa, supra laete viridia, subtus pallidiora, tomentosa.

Petioli virides supra rubelli.

Arbor saepius apud nos plantata saepius perit, in alio horto idem mihi relatum est, vidi aliquam quae flores & fructus dedit, duos fere pollices crassa, ad octo pedes alta, quae etiam pereuntis faciem habet.

DUHAMEL Tab. 12. f. 11. folium habet prope pediculum subrotundum, deinde Tab. 13. f. 11. aliud haud dissimile priori, venosius multo, angustius quinquelobum. Plures arbores ejusdem speciei, in quibus haec foliorum diversitas est, se habere dicit. Pulchre DU ROI folia & florum racemum tabula aenea expressit.

10. ACER STRIATUM DU ROI n. 2.

Acer cortice striato, foliis basi elliptica, apice trilobo, racemo pendulo simplici.

Acer foliis subquinelobis, lobis inaequaliter serratis acuminatis, florum racemo pendulo, pedicellis unifloris.

Der gestreifte nordamerikanische Ahorn. DU ROI. ib.
Floret Majo. Aceris Pensylvanici nomine hortum intravit.

Racemus ex flavo viridis; pedicelli magnitudine florum tetragoni.

Calicis laciniae, petalis Corollae duplo angustiores utraque quinque. Stamina octo corolla duplo breviora. Caetera ut Sp. 3. Fructus capsulae oblongae, compressae non linea recta, sed angulo combinatae, alae obliquitatem capsularem sequuntur, marginem extus rectum, intus primo concavum, dein convexum.

Folia maxima, unciarum novem, paulo minus lata, minime quineloba, ex petiolo enim modo tres exeunt venae, ergo triloba, & quidem modo apicem versus, basis enim elliptica est, ac si elliptica figura transversim bifecaretur, ejus una pars basin repraesentaret, & alterius dodrans, rejecta extrema tertia parte in tres lobos fecaretur, linea lunata separatos; lobus medius duos pollices longus fere duplo latior, totum folium crenatum margine, supra profunde, infra dilutius viride, venosum.

Cortex pulcherrimis viridibus albisque striis pictus, laevis; rami hieme splendide rubent.

Lignum album, durum, tenax.

Individuum horti ex surculo natum est, Aceri Platanoidi inserto jam quoties hortulanus semina A. striati seruit, toties non striatas obtinuit arbores, sed Platanoides.

Pulcherrimae omnium acerum densa umbra, amoenus visu cortex, & absens insectarum molestia, expecta-

tiffimam pro ambulacris facerent, ni magnorum copio-
 forumque foliorum & fructuum gravitate sæpe lacerari a
 ventis & imbere sese pateretur.

Du Roi flores, fructus, folia corticemque depin-
 xit, & arborem descripsit, præterea nemo auctorum ejus
 mentionem fecit.

Virginæ civis est.

II. ACER CRETICUM L.

*Acer crispiore materie quam usquam alibi, in frigidis
 montibus nascens; Acer montana asperdaup. rusticis
 Cretensibus, BELLONIUS cult. negl.*

*Acer Cretica ALPINUS y). Erable de Candie, qui conser-
 ve ses feuilles presque tout l'hiver. DUHAMEL n. 9.*

*Acer Orientalis hedera folio. TOURNEFORT Cor. PO-
 COCK z).*

*Acer foliis trilobis integerrimis, pubescentibus. Eastern
 maple with ivy leaves. MILLER n. 10.*

In DICT. ENCYCLOPEDIQUE minimum omnium hoc
 Acer esse dicitur, arbusculas annosas & bona in terra
 cultas, octodecim modo pedes longas, & quinque pol-
 licum diametro esse, apud nos parvus frutex est.

Flores non vidi, similes dicuntur Sp sequenti.

*Folia uncia paulo majora sunt, triloba, loborum
 sinu parum obtuso, in aliis rarius acuto, acute sed parce
 ferrata, glabra, supra intensius, infra lucidius viridia,
 venosa, coriacea.*

Petiole folio triplo breviores, rubri, lanuginosi.

Cortex profunde ruber lævis, punctis flavicantibus.

y) *De plantis exoticis* L. II. 4. II. fol. Lond. 1743. T. II. part. 2.
 Venet. 1627. p. 9. p. 191. Tab. 89.

z) *Description of the east T.*

Caudicem & ramos omnes pilis albis infectos ALPINUS tradit, quod non observavi in specimine horti.

ALPINI figura lignea tota pilosa bene exprimit arbutulam foliosam, folia vero nec ferrata nec opposita. DUHAMEL T. 10. f. 9. folium habet. Pocock nitide æri insculpsit ramulum foliosum cum corymbo fructuum, in quibus alæ in capsulis pèrpendiculares.

Habitat in Cretæ montibus ALPINUS.

12. ACER MONSPESSULANUM DALECHAMP; J. BAUHINUS, LINNÆUS Sp. Pl.

Acer trifolium, C. BAUHINUS, PARKINSON, RAJUS hist. & syll. PLUKENET, TOURNEFORT, BOERHAAVE, DUHAMEL n. 8. *Erable à trois feuilles*, ou *Erable de Montpellier*, & dont les feuilles sont coupées en trois.

Acer foliis trilobis integerrimis glabris. ROYEN, GOUAN, MILLER n. 9. *The Montpellier maple*.

Acer foliis trilobis cordatis integerrimis, lobis æqualibus divaricatis; der französische Whorn du Roi n. 8.

Minorem Aceri campettri SEGUIER dicit, in horto fruticat, arbores vidi dimidium fere pedes crassos, ultra viginti altos, duodecim annorum, quæ jam per sex annos flores & fructus copiose ferunt.

Producit fine Aprilis *Corymbum* florum parvum ex viridi flavicantem. *Corolla* petala quinque totidem *Calicis* laciniis interposita eisque majora. *Stamina* septem vel octo corolla duplo longiora &c. cf. Sp. 3. *Fructus* parvi capsula globularis, alæ pèrpendiculares æquales Sp. 9. sed paulo latiores.

Folia pollice paulo minora, triloba, sinu rectangulo, integerrima, glaberrima, colore saturato, firmiora præcedentibus.

Petioli folio æquales virides.

Cortex griseo brunus, maculis albidis, rami rufi.

Rudem DALECHAMPII iconem recepisse videtur J. BAUHINUS folia hinc inde ferrata sunt, germina non fructus pessima, DUHAMEL folium habet. Ænea PLUKENETII figura folia habet & fructus; in his capsulæ oblongæ parallelæ, alis in rectum extensis.

Vulgarem circa Monspelium, SEGUIER in Italia superiore notavit.

13. ACER TARTARICUM L.

Acer foliis oblongo cordatis inæqualiter serratis KRASCHINIKOW a).

Acer foliis cordatis inæqualiter serratis, lobis obsoletis, floribus racemosis. LINNÆUS Sp. Pl. ed. 1764. p. 1495.

Acer foliis cordatis subquinelobis serratis, lobis obsoletis florum racemo composito erecto. DU ROI n. 9.

Tartarian maple with heart shaped leaves, and flowers growing in long bushes MILLER n. 2.

Aceris nigri nomine Russis venit GMELIN b).

Racemus compositus viridis triuncialis, pedicelli bractea lineari rubente sustentati. Calicis lacinia quinque concavæ, ovata, pilosæ, ex viridi albæ. Corollæ petala quinque ligulata, convoluta, in calice latentia, extracta eo tertia parte longiora. Stamina filamenta alba, longitudine expansæ corollæ; antheræ ochroleucæ &c. cf. sp. 3. Fructus capsulæ angulo junctæ, ala quævis sua cum capsula linea recta pergit, concava intus sinuata, convexa extus, hinc utraque apice fere se tangunt.

Invisam mihi speciem Martio KRASCHINIKOW, Junio DU ROI florere dicunt.

a) *De acere in Comm. N. Ac.* b) *Reise durch Rußland 1768. u. Petrop. T. II. ad ann. 1749. p. 285. 1769. gemacht 4. Petersb. T. I. p. 118. Tab. 13.*

Folia tres uncias longa, paulo minus lata, cordato oblonga, minora ovalia, sinuata ut sæpe bi seu triloba appareant, serrata, læte viridia, juniora rubra, venis lanuginosis. GMELIN folia tam saturate viridia dicit ut nigricent, unde nomen.

Petoli tenues, longitudine foliorum, supra purpurei fulcati, juniorum villosi.

Cortex cinereus striis eminentibus albis exasperatus. Rami juniores virides, rubro & albo striati.

KRASCHININIKOW omnes partes pulchre delineari curavit.

Nomen patriam indicat. Calori tam inimicam MILLER dicit, ut primis annis foli exposita pereat; nec aquam amat. GMELIN copiosam reperit & ad decorandas vias vel ambulacra aptam.

14. ACER SEMPERVIRENS L. Sp. pl.

Acer foliis ovatis integerrimis sempervirentibus. Eastern maple with oval entire leaves, which are ever green MILLER II. II.

Nota modo ex MILLERO. Cui frutex esse videtur; *folia* colore & consistentia buxi, & in oriente habitare addens.

Quum arbusculam non viderim, nescio an jure huc referam

Acer Bengalense laurinis foliis, fructu tergemino, totidem membranulis extantibus alato. PLUKENET. alm. phyt. T. 3. f. 1.

Folia dicit ex brevi pediculo appensa, bijuga; fructus ad ramulorum summitatem tergeminos, vasculis duriusculis ternis, fere in unum junctis, membranis totidem extantibus alis muscarum similibus, unum e directo, cæteris lateraliter adnexis, inclusos.

THESES MISCELLAE.

- I. Inter systemata botanica adhuc cognita, Linnaeanum optimum est.
- II. Praestaret autem methodus quae non unam plantae partem pro basi haberet, sed omnes.
- III. Qui methodo naturali plantas collocant, respectu tironis idem faciunt, ac si nullo ordine proposuissent illas.
- IV. Falsa est classis polygamia.
- V. Simplicium scientiam nemo acquireret, qui non serio botanica incumbit.
- VI. Ex fructibus horrae maturis Dysenteria oriri potest.
- VII. Magnesia non purgat.
- VIII. Purgantia resinosa saepius locum habent.
- IX. Mercurii usus in ulceribus venereis topicus nocivus.
- X. Qui semel lue venerea laboravit, nunquam de perfecta sanatione certus esse potest.
- XI. Virus venereum non unice communicatione acquiritur, sed & generari in corpore potest.
- XII. Anthelmintica remedii cujusdam virtus experimentis extra corpus humanum factis cum vermibus stabiliri non potest.
- XIII. In lue venerea crisis nulla.
- XIV. Aqua suffocati non statim pereunt.
- XV. Eis venam secari valde utile.
- XVI. In atrocibus Dysenteriae doloribus opium dari potest.
- XVII. Si gravidis agrotantibus puerperium supervenit, malum.
- XVIII. In febre, quae post puerperium confestim feminas corripit, quamvis a primarum viarum saburra oriatur, non statim purgans dari potest.
- XIX. Sectio symphyseos nunquam instituenda.
- XX. Caesarea vix unquam, nisi indicationes evidentissima sint, saepe enim aequivoca sunt.
- XXI. Sutura non prorsus ex Chirurgia proscribenda.
- XXII. Lamina Bellostii in luxuriantis cerebri post trepanam excrescentia, rejicienda.
- XXIII. Pulsus celer & frequens distinctus a frequenti simplici est.



res uncias longa, paulo minus lata, cordato
 minora ovalia, sinuata ut sæpe bi feu triloba
 ferrata, læte viridia, juniora rubra, venis
 GMELIN folia tam faturate viridia dicit ut ni-
 de nomen.

tenuis, longitudine foliorum, supra purpurei
 colorum villosi.

cinereus striis eminentibus albis exasperatus.
 res virides, rubro & albo striati.

MILNINIKOW omnes partes pulchre delineari

in patriam indicat. Calori tam inimicam MIL-
 lerit primis annis soli exposita pereat; nec aquam
 MILNIN copiosam reperit & ad decorandas vias
 aptam.

SEMPERVIRENS L. Sp. pl.

is ovatis integerrimis sempervirentibus. *Eastera*
 with oval entire Leaves, which are ever green MIL-
 LER.

modo ex MILLERO. Cui frutex esse videtur;
 & consistentia buxi, & in oriente habitare

arbusculam non viderim, nescio an jure huc

galense laurinis foliis, fructu tergemino, totidem
 annulis extantibus alato. PLUKENET. alm. phyt.
 t. I.

dicit ex brevi pediculo appensa, bijuga; fru-
 sculorum summitatem tergeminos, vasculis du-
 bus, fere in unum junctis, membranis toti-
 bus alis muscarum similibus, unum e dire-
 ctis lateraliter adnexis, inclusos.



the scale towards document

011

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.